

EPISTOLA

facere, disertè testatæ sunt: novâ quâdam cum Genevensibus & Neocomensibus, Anno 1549. initâ Concordia, quam Beza in vita Calvinii his verbis describit: *Ceterum hoc Ecclesiis Germanicis inflictum vulnus, contrario beneficio Dominus apud Helveticos compensavit, Farello simul ac Calvinio Tigurum profectus, ut cum visus esset quibusdam Calvinus Consubstantiationi nonnihil favere, de communi in eâ re, omnium Helveticarum Ecclesiarum consensu omnibus liqueret. Scripta est igitur summâ omnium Helveticarum & Rheticarum Ecclesiarum approbatione consensio, quæ præsertim Bullingerum cum Calvinio, Tigurinamq; Ecclesiam cum Genevensi artissimo vinculo magis ac magis colligavit. Hactenus Beza.*

Quæ sanè Concordia, spem omnem Concordiæ inter Ecclesias Augustanæ Confessionis & Helveticas, ex imis quasi fundamentis evertit: & necessitatem intulit Joachimo Westphalo, contra Calvinum

num